

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 11. Lunensis Comitis consilium a Cæsareis rejectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

§. XL.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Lunensis Comitis consilium a Cæsa-
reis rejectum.

Priusquam hæCæsar is literæ affereban- *Pallav. l. 22.*
tur , jamjam Tridentini Patres re- *c. 6. u. 1.*
paratæ disciplinæ articulos corrigebant,
eosque ad minorem numerum reduce-
bant, ut ante diem Sessioni præfixam
plene digeri possent, necnon gratifica-
rentur Oratoribus, qui eorum nonnul-
los minime approbabant, nec minus su-
pererant duo articuli, qui Cæsari valde
molesti videbantur, eorumque primus
de Principibus laicis, qui verbis licet
magis moderatis, quam ad Cæsarem fue-
rat missus æque, ac ceteri reforma-
tioni subjiciebantur: altero autem ir-
rita reddebantur *jura patronatus* in pri-
vilegio fundata: igitur Cæsarei Ora-
tores accepta mandata Comiti Lunensi
aperuerunt: ipse vero censebat, nihil
peculiariter opponendum duobus hisce
articulis, quando proponerentur, ne
ipsi viderentur libertatem Concilii per-
tur-

servitus, adeo ut Pius, sicuti vidimus, ad tam
multas vociferationes sedandas coactus fuerit de-
mandare, ut ad quodcumque Decretum pergere-
tur, ipsius sententia non cognita, neque rei no-
titia prius ad se delata.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

Gg

Sæc. XVI. turbare, sed generatim respondendum,
A. C. 1563. eos non probari: si vero ad firmandos
 articulos ventum esset, tunc pro viri-
 bus strenue, acerrimeque reluctandum:
 verum Cæsariani hoc Consilium non ad-
 mittebant, utpote nimis violentum,
 ciendisque tumultibus sat opportunum:
 Cum autem Quinqueecclesiarum Epi-
 scopus æger decumberet, solus Archie-
 piscopus Pragensis huic consilio oblucta-
 tus Legatos adiit, eosque docuit, quod
 Cæsar omnino peteret, ne duo illa De-
 creta proponerentur. Ad hæc gravem
 animi mæstitiam præseferens Cardina-
 lis Moronus respondit, mirari se, Cæ-
 sarem, qui semper tam acre emenda-
 tionis universalis studium professus fu-
 set, velle nunc Laicos Principes ne-
 cessariæ correctioni subtrahere.

§. XII.

Legati Moroni consilium de statuenda Principum emendatione.

Pallav. I. c. **H**anc in rem Moronus Legatus hæc
 subjunxit: „cum ego, meique so-
 cii, antequam rem proposuimus, ex-
 plorare voluimus voluntatem Pontifi-
 cis, qui tamen se quasi spoliaverat ea
 prærogativa, & concederat liberam
 Concilio potestatem cuncta conficiendi,
 adeo, ut nequidem præmoneretur:
 nunc vero Cæsar adeo non Pontificis
 exem-